

non possint testari, tamen fatuus bene potest testari; ita tenent singular. Joan. Fab. in s. Pratered. Instit. Quibus non est permis. fac. Testam. & ibi Angel. de Aret. de eo non faciens mentionem: & illud dictum reputat unicum & non alibi Jason. in leg. Ex facto. ff. de Vulgar. & pupil. 3. column. num. 41. licet de eo valde dubitet, & non firmet. Et adde, quod contra ipsum facit expressé text. in leg. 2. ff. de Postulando. ubi disponitur, quod fatuo detur curator sicut furioso vel mentecapto: text. in leg. Dabimus, s. fin. cum 2. legib. seqq. ff. de Reb. auctorit. jud. posid. Confirmatur etiam, quia iudicé, & latine nulla differentia videtur inter mentecaptum, & fatuum; sed mentecaptus non testatur: ergo nec fatuus. Sed ego teneo dictum Fabri & sequacium, & pro concordia, & vera solutione dico: quod si fatuus est talis, qui omnino caret iudicio & intellectu; tunc nihil differt a mentecapto, & non poterit testari: si vero est talis, qui habet iudicium & intellectum, sed non ita perfectum, & integrum sicut alii homines prudentes; tunc bene poterit testari: & ita intelligatur dictum Fabri Confirmatur, quia reperio, quod mutus, & surdus testantur, licet non sint perfecti iudicii, & intellectus: text. est cum materia in leg. Discretis. Cod. Qui testam. fac. poss. Item etiam Adultus minor 25. annorum, qui non dicitur in perfecta aetate, iudicio, & intellectu, potest testari: text. est in leg. Si frater. versic. final. Cod. eod. tit. cuius verba sunt: Nam si hanc aetatem (hoc est pupillarem) aggressus, licet vigoris nondum emerissent vestigia, suum solemniter ordinabit iudicium. & ibi summé notat & commendat Paul. & Alexand.

(d) An autem Testamentum a Monacho factum professione confirmetur? vide per Ma. ienz. in leg. 17. glos. 6. numer. 1. lib. 5. Recopilat. Et utrum Monachi, qui non sint Ordinis Divi Francisci, possint, facta professione, testamenta ante Religionis ingressum confecta revocare? docet Covarrub. de Testament. cap. 2. num. 9. Angel. in leg. 1. ff. de Testament. Rub. consil. 155. column. final. qui, eos indistincté non posse testamenta revocare tenent; Jason vero in Authent. Si qua mulier. num. 27. Dec. in cap. In presentia. num. 68. de Probationib. & Beroj. ibi. num. 537. Abb. in dict. cap. In presentia. num. 61. Franc. in Rubrica. de Testament. in 6. num. 11. distinguunt, utrum Monachus testamentum revocare voluerit ad instituendos filios, seu Monasterium, vel omnes simul; quo casu testamentum posse revocare existimant, moti ex Authent. Si qua mulier. Cod. de Sacrosanct. Eccles., qua docemur, posse Monachum post professionem inter liberos testari; alias autem nullatenus testamentum ante professionem factum revocare posse Monachum affirmant: idque novissimé defendit Spin. in suo Speculo Testamentor. fol. 152. Velazquez de Avendaño in leg. 17. Taur. in principio. Contrariam tamen sententiam, scilicet, Monachum indistincté testamentum ante professionem factum post factam professionem posse revocare, defendunt Bartol. in dict. Authent. Si qua mulier. Cod. de Sacrosanct. Eccles. num. 14. & ante eum Bellaper ibid. column. 2. verb. Sed post ingressum Monasterium posse mutare semel, bis, & tertio, & sepe Testamentum per se ante ingressum factum: quia ingressus Monasterii non facit eum naturaliter mortuum, ideoque deambulatoria debet esse ejus voluntas usque ad mortem naturalem; idem Bartol. in leg. Sed si mors. ff. de Donat. inter vir. & usor. idem in leg. 1. de Testament. & in tractat. Minorar. lib. 4. cap. 3. in fin. Aretin. in leg. 1. de Testament. num. 5. Cyn. in dict. Authent. Si qua mulier. in fin. Salicet. ibid. num. 8. & Bald. 9. Rosell. in Repetitione dict. Authent. Si qua mulier. num. final. ibi, nam potisset etiam post egressum revocari: qui contrarium tenuit in leg. 2.

ff.

Item, prohibetur testari filius familias: de quo artic. Magistraliter, & notabiliter dicam infra, in Commentar. ad leg. 5.

Item, prohibetur testari condemnatus ad mortem: de quo articulo dicam infra, in Commentar. ad leg. 4.

Item, prohibetur servus; & hoc est notissimum, tum quia ejus status omnino est annihilatus de jure civili, & nullum actum potest gerere; tum etiam quia in actu vel potentia non habet, nec habere potest aliqua bona, de quibus testetur; adeo quod licet tempore facti testamenti sit liber factus a Domino, & illud ignoret; vel tempore testamenti sit servus, & postea efficiatur liber, non valet testamentum: text. est in leg. Qui in domini testament. ff. de Testament. text. in leg. Filius familias, eod. tit.

Item, prohibetur captus & obses; adeo quod licet redierit non confirmatur: text. est in leg. Eius. ff. de Testament. text. in leg. Obsides. eod. tit. facit etiam, quia de statu suo dubitans non testatur: text. est in leg. De statu. eod. tit. testamentum autem antea factum bene valet & tenet, si redierit; quia recuperat omnia jura sua postliminii: textus est in s. final. Instit. Quibus non est permittum facere testamentum.

Item prohibetur Monachus: text. in Authent. de Monach. cap. Illud. collat. 1. text. in Authent. Ingressi. Cod. de Sacrosanct. Eccles. cuius verba sunt: Ingressi Monasterium, se & sua dedicant Deo; neque de his testari possunt, utpote nec Domini rerum. (d)

Item, prohibetur testari Prodigus cui bonis

interdictum est: text. est in leg. Is cui lege. de Testament. text. in s. Item Prodigus. Instit. Quibus non est permis. facer. testament. text. in leg. 13. tit. 1. Partit. 6. (e) Valdé tamen dubito de ratione; nam considero, quod in contractibus, & actibus inter vivos, merito non obligatur, quia dissiparet bona sua, & non haberet unde viveret, & se alere possit: tamen in testamentis, & ultimis voluntatibus cessat ista ratio, quia non eget tunc bonis, nec alimentis, & necessarió debet carere bonis, & relinquere successoribus. Sed potest dici, & responderi, quod prodigalitas arguit vitium animi, & defectum iudicii & intellectus; & ideó non reputatur integra & perfecta persona, ut possit recté discernere & regulare, cui bona relinquat: & in hoc credo quod fundetur decisio illarum legum. Confirmatur ex dicto, & definitione Aristotel. dicentis: Quod Prodigus est quasi procul a regimine: confirmatur etiam quia Prodigus equiparatur pupillo: ut in leg. Certi conditio. s. Quoniam. ff. Si cert. petat. item etiam, equiparatur furioso: ut in leg. His qui. ff. de Tutor. & Cur. datis ab his. Testamentum tamen antea actum bene valet, ut ibi dicitur: Item valet ad pias causas, secundum Bald. in leg. 1. Cod. de Sacrosanct. Eccles. 8. column. num. 17. quia tunc facit causam suam utiliore, & cessat ratio interdictionis: Sed contrarium videtur tenendum, attenda superiori ratione, & contrarium tenet Bald. in dict. leg. 1. Cod. de Sacrosanct. Eccles. 1. lect. 4. column. Item, potest testari inter liberos, secundum Bald. in cons. 235. volum. 1. Alexand. in Addit. ad

Bartol. in dict. Leg. Is cui. ff. de Testamentis.

Item quæro, an excommunicatus possit testari? Et videtur quod non, quia repellitur ab agendo in iudicio, a patrocinando, a testificando, & ab aliis actibus similibus, quia cum eo non est communicandum: text. est in cap. Decernimus. de Sentent. excomm. lib. 6. text. in cap. Intelleximus. de Judic. & isto fundamento & ratione, istam sententiam, & conclusionem tenet Hostiens. in cap. Pia. de Except. Joan. Monach. & alii Doctores in cap. Quamquam. de Usur. lib. 6. argumento illius text. ubi habetur, quod Usurarius non potest testari: Contrarium tamen, imó quod possit testari, quia licet repellatur ab actibus judicialibus, non tamen a contractibus, vel aliis actibus extrajudicialibus, probat textus in cap. Solet. versic. final. de Sentent. excomm. lib. 6. text. in cap. Si verè. eod. tit. & in expressó ita tenet Bartol. in leg. Si quaramus. ff. de Testament. final. column. Paul. de Castr. in leg. Is cui lege. eod. tit. Glos. notabilis & Ordinar. in cap. Decernimus. de Sentent. excomm. lib. 6. Glos. final. & ibi Joan. Andr. Domin. & Anchar. Innocent. in cap. Cum volente. de Sentent. excomm. Bald. in leg. fin. Cod. Si à non compet. judic. 2. column. num. 6. idem Bald. leg. 1. Cod. de Sacros. Eccles. 5. column. 7. Quæst. Jacob. de Belovi, in Authent. de Sanctiss. Episcop. cap. Omnibus. (f)

Item quæro, an mutus & surdus possit face- re testamentum? Et breviter dico, quod si simul eodem morbo laborat, quia est mutus & surdus à nativitate, non potest testari in scriptis, nec

ff. de Testament. num. 13. in verb. Si autem esset professus; id etiam tenet Dec. in dict. cap. In presentia. n. 68. in fin. distinguens, quod aut instituit primó extraneum, & postea vult revocare ut instituat liberos vel Ecclesiam, & poterit: aut instituit primó liberos, & non poterit. Idem tenet Paris. sine hac distinctione, ibidem. num. 160. Boer. num. 437. Angelus de Clavas. in sua Summa. verb. Religiosus. num. 60. Paulus de Castro in dict. Authent. Si qua mulier. num. 5. Fulgos. ibid. num. 33. & 26. & licet Abb. in dict. cap. In presentia. num. 61. videatur affirmare contrarium, tamen id se dicere fatetur veritatis investigandæ gratia, & sic non firmat pedem, ut advertit Tyberius Decianus, qui hoc idem consuluit Consilio 31. lib. 3. contra communem esse hanc opinionem asserens, tam Canonistarum, quam Legistarum, ideoque & judicando, & consulendo sequendam: quam opinionem de jure Regio videtur probare. Lex 17. infra in his Legibus Tauris ubi, testamentum usque ad mortem revocari posse, disponitur: quem de naturali morte intelligendum esse, testantur ibi scribentes: hancque eandem sententiam tenet Simon de Pratis. de Conjecturis ultimar. voluntat. fol. 157. solut. 8. num. 5. Socini. cons. 13. hanc eandem sententiam tenet Tellus Fernandez in dict. Leg. 17. Taur. num. 6. Burgos de Paz in leg. 3. 1. part. num. 687. in Legibus Tauri. Matienz. in leg. 1. lib. 5. tit. 4. Nova Recopilat. gloss. 1. n. 4. ubi communem dicit Rodericus Suarez allegat. 10. fol. 184. ad fin. A qua sententia in judicando & consulendo recedere non audeam propter tantorum virorum auctoritatem, licet contraria in puncto juris verior videatur.

(e) Id etiam tenet Menchac. de Success. creatione, cum multis, quos refert, & sequitur. s. 12. num. 58. Spin. in 10. part. Rubrica sui Speculi Testamentorum. num. final.

(f) Licet siquidem controversum, utrum excommunicatus testari possit, necne; obtinuit tandem excommunicatum posse testari, prout Dominus meus Gomez. hic tenet: tenet etiam Julius Clar. libr. tertio Sententiarum. s. Testament. quæst. 24. Roxas de Hæreticis. singular. 62. & 188. Dueñas de Regul. 272. Pro qua sententia facit, quia omnes personas testari prohibitas enumerat

nuncupativè, quia omnium est ignarus, tam verborum, quam litterarum, & numquam fuit in eo capacitas, vel habilitas intelligendi ea, quæ essent de jure, vel factò ad testandum, vel disponendum de rebus suis: & idem est si sit mutus tantum, & non surdus (quod rarò accidit). Si verò casu est mutus & surdus, benè potest testari, si scit scribere, & manu propria scribat testamentum: si verò est surdus tantum, benè potest testari, si sciat scribere, sive non; quia non est ita surdus, quòd alta voce sibi loquendo, non exaudiat: textus est notabilis qui omnia ista comprehendit, in leg. *Discretis. Cod. Qui Testament. fac. posses.* & ibi Glos. ordinar. & communiter DD. textus in §. *Item surdus & mutus. Instit. Quibus non est permis. fac. testament.* text. in leg. 13. tit. 1. 6. *Partit.* (g) Alios verò actus, vel contractus, qui consensu celebrantur, benè potest talis mutus & surdus facere, si mentem & intentionem suam possit exprimere signis: aliàs verò non, sed datur illi curator, per quem omnia possit gerere: text. est singularis in jure in leg. *Servo invito. §. Si pupillo. ff. ad Trebel.* quem ad hoc notat, & commendat Bartol. & DD. ibi. & reputat singularem Paul. de Castr. notat, & commendat Bartol. in leg. *final. ff. de Bonor. poss. Furios. Insan. & Paul. & Moderni in leg. 1. ff. de Verbor. obligat. Platea in leg. 1. Cod. Qui morbo se excusant.* facit etiam text. cum materia in leg. *Mutum. ff. de Acquir. heredit.* text. in leg. *Mutus. ff. de Jure Dot.* text. in capit. *Cum apud. de Sponsalibus.*

17 Item quærò, an ille qui nulla bona habet possit testari? Et videtur quòd non, quia ex eo nullus videtur sequi effectus: ita probatur in

text. in *Authentic. Ingressi. Cod. de Sacrosanct. Eccles.* cujus verba sunt: *Ingressi Monasterium se & sua dedicant Deo, neque de his testari possunt, atpotè neque Domini rerum:* text. in leg. *Lege Cornelia. ff. de Testament.* text. in leg. *Conficiuntur. §. Si post. ff. de Jure Codicil.* Contrarium tamen probat text. in leg. *Hereditas. ff. de Petit. hered.* cujus verba sunt: *Hereditas etiam sine ullo corpore juris intellectum habet:* text. in leg. 3. ff. de *Bonor. posses.* Confirmatur, quia hereditas est potius quædam repræsentatio personæ defuncti, quam bonorum; in qua repræsentatione succedit hæres per additionem: textus in leg. *Hereditas. ff. de Verbor. signific. text. in leg. Cum heredes. ff. de Acquirend. possession.* Sed pro vera doctrina & concordia, Magistraliter & resolutivè dico, quòd ille qui nulla bona habet, nec habere potest actu & potentia, quia est filius, servus, vel Monachus, non potest testari: & ita intelligatur textus in dict. *Authentic. Ingressi. cum simil.* Ille verò qui de factò nulla bona habet, tamen potest habere, quia est capax, & non subest impedimentum acquirendi, benè potest testari: & ita intelligatur text. in dict. *leg. Hereditas etiam. ff. de Petit. hered. cum similib.* & in expressò istam sententiam, & resolutionem ponit Bartol. in dict. *Authentic. Ingressi.* 12. column. num. 62. Bald. 2. column. num. 3. & ibi communiter DD. Bald. in leg. *Incestus. Cod. de Incestis nuptiis.* Alexand. in Rubr. ff. de *Acquirend. heredit.* 3. column. num. 9. Ludov. Roman. in leg. *Stipulatio hoc modo concepta. ff. de Verbor. obligation.* 12. column. num. 37. (h)

Et ex hoc possunt resultare aliqui notabiles effectus: Primus, quòd Testator licet nulla bona

Glos. in §. *final. Instit. Quibus non est permissum facere testamentum.* & 18. personas, quibus testandi facultas prohibetur, enumerat Abb. in Rubrica de *Testament. num. 3. & leg. 13. cum sequentib. titul. partit.* 6. inter quas non connumeratur excommunicatus: ergò nec prohibitum esse, tenendum est: & hanc sententiam defendit Tell. in leg. 4. in *Legib. Tauri num. 28.* Quantum ad usurarium attinet, quòd nimirum prohibeatur testari, ita tenet: quòd usurarius manifestus testari prohibeatur, nisi præstita satisfactione de restit uendis usuris. cap. *Quamquam. §. ultim. de Usuris in 6. tradit Matienz. in leg. 7. tit. 10. glos. 2. num. 35.* Glos. & DD. in dict. cap. *Quamquam.* Covarrubias lib. 3. *Resolut. cap. 3. num. 9. & in Rubr. de Testament. 3. part. quest. 11.* Navarr. in principio de *Pœnit. num. 5. & 92. cum sequent.* Spin. de *Testament. 10. part. Rubr. num. 24.*

(g) Idem tenet Spin. alios allegans in suo *Speculo. glos. 9. num. 1. per totam.* & mutum & surdum obligari posse, tenet Gregorius Lopez in leg. 2. verb. *Muriessè. tit. 11. part. 5.* idemque docet Dominus meus Gomez. lib. 2. *Variar. cap. 14. numer. 29.* Aceved. in leg. 2. tit. 16. lib. 5. *Recopilat.* Quod tamen intelligendum fore censent, dum à natura non sint muti & surdi, sed quoties ex accidenti his tales morbi contigerunt; quia aliàs, cum substantiam actus minimè possint percipere nec intelligere, obligari nequaquam poterunt. Et an posit mutus, & surdus in majoratum succedere? vide Petr. Molin. de *Hispanor. primogeniis. lib. 1. cap. 13. num. 40.* Et utrum possint matrimonium contrahere? tradit Covarrubias in 4. *partit. 2. cap. 4. in principio,* & Spin. ut supra.

(h) Hanc eandem sententiam tenet Tell. Fernand. in leg. 17. in *Legib. Tauri. num. 67.* Spin. in suo *Speculo. 10. part. Rubric. num. 2.* & hanc potius exheredationem, quam institutionem vocat Martialis, dum ait: *Idem te moriens heredem ex asse reliquit, Exheredavit te, Philomuse pater.*

habeat, potest substituere pupillariter filio suo diviti, quod aliàs non posset, si esset intestabilis. Secundus, quòd potest dare tutores filiis suis. Tertius, quòd poterit fortè postea amicus, vel consanguineus testatoris instituere, vel legare ei quem testator instituit. Quintus, quòd si fortè quis in vita donavit bona sua alteri, & postea illum instituat, erit dominus sola additione, ut in leg. *Cum heredes. ff. de Acquir. posses.* verum tamen est, quòd isto casu dominium erat penes testatorem. Ex quibus notabiliter, & subtiliter infero, quòd in jure nostro, post mortem alicujus defuncti aliud est hereditas ex testamento vel ab intestato, aliud est additio hereditatis quam facit hæres, aliud est ipsa bona vel res hereditariæ: ita Bald. & Moderni in Rubric. ff. de *Acquir. heredit.*

18 Item quærò, si quis cœpit facere testamentum nuncupativè coram sufficienti numero testium, & solemnitate legitima; & fecit institutionem, vel aliqua legata, vel capitula, tamen non perfecit, nec consummavit, morte preventus; an valeat, & teneat saltem in eo, vel eis capitulis quæ fecerat? Et breviter, & resolutivè dico, quòd non, si confliterit, quòd Testator ulterius volebat procedere; aliàs verò valet, etiam in dubio: text. est capitalis, & expressus in leg. *Si is, qui testamentum. ff. de Testament.* & ibi notat, & commendat. Glos. ordinar. Bartol. & communiter DD. text. in leg. *Ex ea scriptura. eod. tit. textus in §. Ex eo autem solo. Instit. Quibus mod. Testament. infr. textus in leg. 23. tit. 1. 6. partit.* Quod notabiliter extendit, etiam si jam fecisset institutionem, & versaretur circa legata: ita solus Paul. de Castr. in dict. *leg. Si is, qui testamentum.* 2. column. num. 2. Secundò extendit, ut procedat & habeat locum etiam in codicillis, & testamentis in quibus est posita clausula codicillaris: text. est in dict. *leg. Ex ea scriptura. ff. de Testament.* & ibi communiter DD. tenet etiam, & commendat Bartol. in leg. 1. ff. de *Jure Codicil.* 4. *Quest. principali.* Paul. de Castr. & communiter DD. in dict. *leg. Si is, qui Testamentum.* Tertio extendit, ut procedat, & habeat locum etiam inter liberos: ita singulariter tenet Glos. in dict. *leg. Si is, qui Testamentum.* & ita Bartol. & communiter DD. tenet etiam Glos. ordinar. in leg. *final. Cod. Famil. ercis.* in verb. *Nec impletum:* & ibi communiter DD. tenent etiam Bald. Paul. Jason. & communiter DD. in leg. *Hac consultissima. §. Ex imperfecto. Cod. de Testament.* Quarto extendit, ut procedat & habeat locum etiam in testamento ad alias causas: ita tenet Paul. Angel. & commun. DD.

in dict. *leg. Si is, qui Testament. (i)*

Ex quibus maximè declaratur in isto Regno 19 Lex 1. tit. de *los Testamentos. lib. 5. Ordinar.* Et ratio vera, & subtilis potest esse duplex: Prima, quia actus testandi est individuus ad majorem voluntatem, & memoriam testatoris, & testium: ita Bald. Cuman. Imola, Raphael Cuman. & Roman. in dict. *leg. Si is, qui Testamentum;* argumento text. in leg. 1. §. 1. ff. de *Verbor. oblig.* text. in leg. *Contractus. de Fide Instrument.* Secunda fortior, & efficacior ratio est, quia ante mortem poterat testator tollere, mutare, addere, vel detrudere aliquid de contentis in testamento; idè non dicitur perfecta, & consummata voluntas: & in hoc fundatur decisio illorum jurium; & ita tenet ibi Paul. de Castr. 2. column. num. 2. Nec prædictis obstat text. fortissimus, & dubius in leg. *Penult. Cod. de Instit. & substit.* ubi disponitur, quòd si testator in testamento dixit, quòd instituit aliquem heredem sub conditionibus infra scriptis, & postea nullas condiciones, vel modos possuit, quòd valet testamentum: Quia debet intelligi quando testator illud dixit, & postea perfecit, & consummavit sine aliqua conditione vel modo, quòd videtur pœnituisse se primæ voluntatis. Quæ tamen omnia intellige in testamento nuncupativo; in testamento verò in scriptis erunt sine dubio, quia solemnitas ejus apponitur post scriptum & consummatum testamentum; ut in leg. *Hac consultissima. Cod. de Testament. cum materia.*

Item quærò; si quis testatur in alio Regno, 20 quam formam, & solemnitatem debet adhibere, si in eis reperitur diversitas? In quo articulo resolutivè dico, quòd si Lex, statutum, vel consuetudo illius loci vel Regni loquitur simpliciter, & indistinctè; extenditur ad omnes personas, etiam forenses, & tenetur facere testamentum secundum solemnitatem ejus: si verò loquitur in certo genere personarum, ut in rusticis; non tenetur illa servare, neque extenditur ad forenses, vel alios: cujus ratio est, quia in his quæ pertinent ad solemnitatem judicii, semper inspicitur, & attenditur locus ubi fit actus ad judicium; sed in his quæ pertinent ad substantiam, & decisionem causarum, attenditur locus, & forum ipsius personæ gerentis: ita probat text. notabilis in leg. 1. Cod. *Quemadmodum testamenta aperiantur.* textus in leg. 1. Cod. de *Emancip. lib.* text. in leg. *Fundum. ff. de Evis. text. in leg. Testium. §. final. de Testib. text. in leg. 1. ff. de Usu. text. in leg. Cum Clericis. Cod. de Episc. & Cleric. text. in leg. 2. in fin. Cod. de Ju.*

(i) Idem notat Gregor. Lopez Glos. 1. tit. 1. partit. 6. defendit Burgos de Paz in hac leg. 3. n. 323. & plurib. sequentib. & num. 223. Tell. Fernandez in 2. part. hujus Legis. num. 18. & 19. & sequentib. Matienz. in leg. 11. tit. 4. lib. 5. *Recopilat. glos. 1. n. 1.*

*Juram. cal. text. in §. final. Instit. de Satisfat.* & utrobique communiter DD. (k) Si verò solemnitas, vel forma est limitata in certo genere personarum, ad alias non extenditur: argumento text. in *leg. final. Cod. de Testamento milit.* & in expresso istam doctrinam, & resolutionem ponit Bartol. in *leg. 1. Cod. de Summa Trinit. & Fide Cathol. 8. colum. num. 24.* ibi Bald. Paul. de Castr. & communiter DD. præcipue Jason. 16. *colum. num. 71. & num. 82.* & ante eos ibi Petr. 2. *colum. Cyn. penult. colum. Jac. Butr. 1. colum. Idem Bartol. in leg. De quibus. ff. de Legib. penult. colum. & ibi etiam communiter DD.*

<sup>21</sup> Item adde pro maxima declaratione predictorum, quòd si testamentum est factum in alia lingua, & terra diversa, potest interpretari per unum tantum interpretem; quia illud non est testificare, sed exponere: argument. text. in *leg. 1. §. final. ff. de Verbor. obligat.* quem ad hoc reputat singularem, & unicum Bald. in *leg. Directas. Cod. de Testam. manum.* & dicit, quòd ille text. est notus omnibus quibus non cecidit pulvis super libro:

<sup>22</sup> Quod intellige, quando quis testatur in loco Christianorum, & fidelium: Secus verò aliàs, si in loco hostium, & infidelium, ubi quis sit non captivus, sed tanquam mercator, vel legatus, vel ex alia causa; quia tunc non debet testari secundum eorum leges, quia apud nos non sunt approbatæ, nec servandæ; sed debet testari secundum jus commune: ita singulariter Bart. in *leg. Qui à latronib. ff. de Testam. final. quest.* & ibi Paul. Imol. & alii DD. (l) Sed verior, & communior sententia, & conclusio est; quòd sufficiat testari cum solemnitate juris divini, vel gentium, & sic coram duobus testibus: quia illud jus ubique debet vigere, & habere locum, tanquam bonum, æquum & universale, ut in *leg. penult. ff. de Justit. & jure.* ita Bald. in *leg. 2. Cod. Quemadmod. Testament. aperia.* & ibi Paul. & Phil. Cor. Idem Bald. in *leg. Jus Civile. ff. de Justit. & jure. Fulgos. in leg. Ex hoc jure. eod. tit. final. colum. Roman. in leg. Si non specialia. Cod. de Testament. Angel. in leg. De die. ff. Qui*

*satisfat. cog. Paul. in leg. Nutritoribus. Cod. Commun. de success. Barb. in Rubr. extra de Testam. q. 20. n. 30.* Unum tamen est, quòd respectu personarum, & habilitationis ejus, semper debet attendi proprius locus originis, non verò locus ubi fit actus, vel testamentum: quia Lex, vel Statutum non potest legitimare personam sibi non subditam. Ex quo deducitur & infertur, quòd si quis non potest testari de jure communi, & reperitur in aliquo loco non tamquam civis, sed tanquam advena, in quo sit Lex, vel statutum in contrarium, non potest ibi testari; & idem é contra. Ex quo subinfertur, & deducitur notabilis declaratio ad *leg. 5. infra, istis legibus:* quòd filius alterius Regni, si sit in isto Regno tanquam advena vel mercator, non possit testari: Et é contrá, si filius hujus Regni sit in alio, benè possit testari: & in terminis ita tenent, & declarant Bartol. & communiter DD. in *locis supra allegatis.*

<sup>23</sup> Item principaliter quæro, quæ sit forma & solemnitas Testamenti? In quo articulo resolutivè dico, quòd dupliciter potest fieri, in *scriptis, vel nuncupativè:* quia natura non accommodavit nobis alios meliores modos explicandi voluntatem, secundum Philosophos, & secundum Bald. in *leg. Jubemus. Cod. de Testament. 1. colum. (m)* In testamento in *scriptis* requiritur, quòd Testator scribat voluntatem suam in aliqua scriptura clausa, vel sigillata, & in ea interveniant septem testes masculi, liberi, puberes, rogati, & subscripti: (n) coram quibus testator uno eodemque tempore dicat, & manifestet illud esse testamentum suum; & si sciat scribere, manu propria coram eis subscribat se; si verò nesciat scribere, adhibeatur alius octavus testis qui subscribat; prout textus est capitalis & expressus, qui omnia ista requisita ponit, in *leg. Hac consultissima. Cod. de Testament. & ibi Glos. ordinar. & communiter Doctores:* & idem disponit *lex 2. tit. 1. 6. partit. & idem etiam disponit ista nostra Lex 3. Tauri.* Nec obstat si dixeris, quòd in qualibet causa, quantumcumque

ar-

(k) Vide Tell. hic in 2. part. num. 3. & 4. Gomez. Arias num. 225.

(l) De hac questione vide Barbat. in *cap. 1. colum. 25. de Testament. Rebuff. ad Constitutiones Regias. tit. de Litteris obligatoriis. glos. 6. num. 4. artic. 2. & novissimè Spin. in suo Speculo fol. 31. num. 7.*

(m) Vide de hac re Matienz. in *leg. 2. glos. 2. num. 2. tit. 4. lib. 5. Recopilat. plures alios allegantem, scribentes in leg. Hac consultissima. Cod. de Testam. Vigli. in §. Sed cum paulatim. Instit. eodem titul. de Testament. Dec. consilio 103. Avendañ. in suis Respons. Respons. 15. Peralt. in leg. Si quis in principio. num. 56. de Legat. 2. Covarruv. in *cap. Cum esses. in princip. de Testament. Burgos de Paz, & Tell. Fernandez in hac lege. Gregor. Lopez in leg. 1. & 2. tit. 1. partit. 6. cum aliis relatis à Spino in suo Speculo, in Rubr. 1. part. num. 16.**

(n) Bonæ vitæ & famæ, non criminosi, nec infamati. *leg. 1. tit. 1. part. 6. ibi: Ni hombre mal infamado.* ubi Gregor. glos. 8. Castill. hic. verb. *Siete Testigos.* Matienz. in *leg. 1. tit. 4. lib. 5. Recopil. glos. 8. num. 6.*

ardua, sufficiunt duo testes, ut in *leg. Ubi numerus. ff. de Testib.* Neque obstat etiamsi dixeris, quòd ista Lex civilis non deberet servari, tanquam contraria juri divino, quo habetur, quòd in ore duorum vel trium fiat omne verbum: ut *Deuter. cap. 19. ad Corinth. cap. 14. & Matthai cap. 18.* Et trassumptivè in *cap. Novit. de Judiciis, & cap. Cum esses. de Testament. & cap. Relatum. el primero, eod. tit. & in cap. Omnis. de Testib.* Quia ex causa justa & communi, potest Lex civilis humana positiva distinguere, declarare, vel limitare jus divinum: & in testamentis & ultimis voluntatibus tractatur de probanda voluntate defuncti post ejus mortem, qui veritatem perfectè sciebat, & non potest eam declarare, nec se & bona sua defendere, si de ea dubitetur, & potest facilius falsitas committi: ergò meritò requiritur prædicta solemnitas. Istam rationem probat textus in *leg. fin. versic. Lex & enim. Cod. de Fideicomis.* cujus verba sunt: *Lex & enim, ne quid falsitatis incurrat per duos fortè testes compositum Testamentum, majorem numerum exposulat: ut per ampliores homines perfectissima veritas reveletur: text. in leg. 2. §. Diem. ff. Quemadmodum Testament. aper. text. in ratione sui, in leg. Divus Trajanus. versic. final. ff. de Milit. testament. & in terminis istam rationem voluit Bartol. in leg. Omnes populi. ff. de justit. & jur. 8. colum. n. 22. & ibi Reyner. in sua Repet. & Alber. 14. colum. idem Bart. in 1. *constit. sforum. 4. colum. ver. Hoc legatur.* Idem Bald. in *Authentic. Ad hac. Cod. de Usur. idem Bald. in cap. 2. Si de investitura inter domin. & vassallis. oriat. in Usib. feudor. Cyn. & Antiqui, in leg. Rescripta. de Prac. Imper. offer. Innocent. Abb. & communiter DD. in cap. final. de Consuetud. idem Innocent. & communiter DD. præcipue Felin. in cap. Qua in Ecclesiarum. de Constit. Glos. 2. in leg. 1. ff. de Constit. Princ. & ibi Doctores; Glos. etiam ordinar. in *leg. Jus Civile. ff. de Justit. & jur. Glosa ordinar. in Epistol. Inter claras. Cod. de Summa Trinitat. & Fide Cathol. Glos. ordinar. in leg. fin. Cod. Si contra jus vel util. publ. & ibi Bald. & communiter DD. Glos. ordinar. in cap. Nobis. de Decimis, & ibi communiter Canonista.***

<sup>25</sup> Item dixi, quòd tales testes debent esse masculi, quia fœminæ propter fragilitatem sexus non possunt esse testes in testamento: text. est in *dicta leg. Hac consultissima. Cod. de Testament. text. in leg. Qui testamento. §. Mulier. ff. Eod. tit. text. in*

*leg. 1. 2. & 9. tit. 1. partit. 6. & ita debet intelligi ista nostra Lex 3. Tauri.* Ex quo inferas, quòd licet in omnibus causis, tam civilibus, quam criminalibus, etiam arduis, mulier possit esse testis, quia non invenitur prohibita, & testis qui non reperitur prohibitus semper admittitur, ut in *leg. 1. in fine. ff. de Testibus. & in leg. 3. §. Lege. Julia. eod. tit. & probat expressè text. in leg. Ex eo. eod. tit. & ibi tenet Flor. & alii DD. & tenet etiam Paul. Imol. Aret. & communiter DD. in *dict. leg. Qui testamento. §. Mulier. ff. de Testament. Angel. de Male, ubi dicit, hanc esse communem opinionem, in part. Comparuerunt dicti inquisiti, & negaverunt totum. 5. colum. Alexand. in cons. 11. & cons. 19. & cons. 99. 1. volum. Jason. in leg. Admonendi. de Jurejurando. num. 254. Hypp. consil. 22. licet secus sit de jure canonico, ut in cap. Forus. versic. fin. de Verbor. significat. nec hoc videtur mutare *lex 8. tit. 8. lib. 2. For. legum. nec lex 96. in legib. styli,* nisi probetur consuetudo ejus. Tamen in testamento repellitur mulier propter fragilitatem sexus, & quia agitur de probanda voluntate defuncti post mortem, quo tempore non reperitur vivus, ut possit se defendere, & voluntatem suam probare, ideò major & efficacior probatio exigitur: Item etiam, quia fortè testamentum contineret plura capitula, de quibus non posset mulier perfectè deponere; quòd non est in aliis actibus: Item etiam, quia in testamento potuit testator adhibere testes perfectos & idoneos, ad libitum voluntatis; sed in delictis, vel aliis actibus, non est in sua potestate, & facultate eos adducere: & in expresso istam rationem consideravit Faber in *§. Testes. Instit. de Testament. (o)***

<sup>26</sup> Item dixi, quòd tales testes debent esse puberes; quia in tali ætate præsumuntur esse capaces iudicii, memoriæ, & intellectus, ut possint percipere, intelligere, & deponere de voluntate defuncti: & idem est in contractibus, & aliis causis, & negotiis. In hoc tamen est differentia, quòd in testamento oportet, quòd sint puberes tempore testamenti; quia in eis requiruntur testes pro forma & substantia actus: in contractibus verò, & aliis causis sufficit, quòd sint puberes tempore depositionis, licet tempore actus vel contractus sint impuberes; quia in eis testes non requiruntur pro forma, sed pro eruenda, & probanda veritate: ita probat text. in *leg. Ad testium. §. Conditionem. ff. de Testam. & ibi Glos. ordinar. Bart. & communiter DD. tenet etiam Glos. ordinar. in leg. 3. §. Lege.*

Ju-

(o) Alia ratio redditur à Viglio, quare fœminæ in testamento testes esse nequeunt: quia scilicet, testimonium in testamento dicere, est officium publicum & civile: text. in *leg. Si quis ex signatoribus. ff. Quemadmodum testam. aperiaur:* cum autem fœminæ ab omnibus officiis civilibus, & publicis remotæ sint, ut docet Conciliator in *leg. 2. de Regulis juris,* meritò à testimonio dicendo repelluntur: quam rationem latius prosequitur Vigli. in *§. Testes. Instit. de Testam.*